

**Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**Gottlieb Christophori Harles Anthologia Graeca Poetica**

**Harless, Adolf Gottlieb Christoph  
Baruthi, MDCCXCII.**

**VD18 13527622**

Carmen II.

**urn:nbn:de:gbv:45:1-18225**

Χαίροιτε λοιπὸν ἡμῖν  
Ἡρῷες· ή λύρη γὰρ  
Μόνος ἔρωτας ἄδει.

## CARMEN II \*).

Φύσις κέρατα τάνγροις.  
Οπλὰς δ' ἔδωκεν ἵπποις.  
Ποδωκίην λαγωοῖς.  
Λέγοις χάσμ' ὁδόντων.  
Τοῖς ἵχθύσι τὸ νηκτόν.  
Τοῖς ὀρνέοις πέτασθαι.  
Τοῖς ἀνδράσι Φρόνημα.  
Γυναιξὶν δὲ εἴτ' εἰχεν.  
Τί δὲ δίδωσι; καλλος.

1

5

A 2

'Aut'

cum vestris bella valete modis. Theocr. Adon. 149. χαῖρε,  
Ἄδων ἀγαπατέ. Idem XVI. 64. Euripid. Phoeniss. 621  
(vbi vide Valkenar.) Μῆτερ, ἀλλά μοι σὺ χαῖρε. Iam  
vale, mater.

\*) Poeta suauiter recenset, quae natura singulis  
animalium generibus et homini tamquam propria et pe-  
culia dederit, cum inexspectata sexus sequioris  
laude.

v. 1. Φύσις Phocyl. 117. sqq. Oppian. Halieut. V. 94.  
ibique Rittershus. a Barnesio iam excitati sunt ad h. l.

v. 7-9. Variae variorum de h. l. sunt sententiae. Pri-  
mum, quid sit Φρόνημα? dissentunt interpres. Alii  
enim vertunt prudentiam, quam interpretationem fir-  
mare videntur Phocylides l. c. et Quindil. Institt. orat.  
II. 20 s. 9. Quod si ea in quoque animalium est virtus,  
qua praefat cetera vel pleraque, ut in leone impetus, in  
equo velocitas; hominem porro ratione atque oratione excel-  
lere ceteris certum est: cur non tam in eloquentia, quam

## EX ANACREONTE

10

'Αντ' ἀσπίδων ἀπασῶν,  
 'Αντ' ἐγχέων ἀπάντων·  
 Νικᾷ δὲ νοῇ σίδησον,  
 Καὶ πῦρ, καλή τις γὰ.

CAR.

*in ratione virtutem eius esse credamus? Sed uterque omnibus hominibus, non maribus tantum, illam tribuit virtutem. Prudentiam vero si Anaer. abnegasset feminis, minus humanus atque urbanus videretur. Alii de bellica virtute accipiunt. Pau interpretatur, animum excelsum, cui praeter prudentiam et constantia est et robur: quocum consentit Heskin ad Bionis Fragm. VIII. is que φρόνημα, censet, denotare animi celsitudinem, quae tam prudentiam quam fortitudinem includit, qui est praeceps et maxime insignis virilis sexus χαρακτήρ. Atqui si conditionem seminarum graecarum priuatam et Graecorum publicam ipsumque virorum animum atque ingenium consideremus, et praeterea cogitemus, virtutem bellicam fuisse quasi propriam Graecorum virorum, ad cuius laudem adspirare tamquam per leges naturae non potuerunt graccæ mulierculæ, φρόνημα vel animum (Muth) vel animi celsitudinem interpretari praestat. Iisque, quae modo dixi, praesidii et roboris aliquid adcedet, quod Aristoteles cap. XVIII. de poetica pag. 39. edit. Heinsii, εἰτι, ait, ἀνδρεῖον μὲν τὸ ἥδος, ἀλλὰ ἐξ ὑγιόττον γυναικὶ τὸ ἀνδρεῖον ἡ δεύτη ἔσται, sunt quidam foris viri mores, cum tamen femina fortem esse et metuendam non conusiat. Demosthenes or. de corona c. 20. init. quaerit ex Aeschine, num rempublicam decuerit, τὸ φρόνημα ἡ φέσσαν νοῇ τὴν ἀξίαν τὴν ἔαυτῆς ponere animi magnitudinem et amittere suam dignitatem. Thales apud Plutarchum in Conuiuio VII. sapientum vol. VI. pag. 562. ed. Reiske, Cleobulinam singulari ornat laude, illi inesse φρόνημα θαυμασὸν animi altitudinem mirabilem. Hinc μέγα φρόνεν animos sumere dicuntur milites apud Xenophon. in Histor. graeca II. cap. 4. sect. 18 et 19. ed. Mori. — cl. Fischer intelligit scientiam et sollertia tractandi arma et iis utendi commode, ad se defensio-*



## CARMEN IIII.

Ἐπὶ μυρσίνας τεγένας,  
Ἐπὶ λωτίνας τε ποίας,  
Στογέσας Θέλω προπίνειν

A 3 O

dum, qua et astutia contineatur et robur. Tum vers. 8. Heskinius l. mem. interpungit: Γυναιξὶν ἐπὶ ἔπει τοῖς; Ti-  
περ δίδωσι; Feminisque nihil reliquum habuit? quid ergo  
daret? quod parum differt: alii aliter coniiciunt. De-  
nique νύλλος Anacreon adprime tribuit graecis mulier-  
culis, tamquam praerogatiuam, et qua reliqua vincere,  
anno prius expugnare et facilius incendere possint ani-  
mos, quam ignis et ferrum.

v. 1. Ex more veterum bibendi Hor. I. od. 4. 9. In  
sex prioribus versibus poeta myrto et loto cubans lar-  
gius bibere se velle profitetur: optat autem, ut ipse Cu-  
pido sibi ministret merum, tunicam, ministrantium  
more, succingens papyraceo nodo. Nam papyro vte-  
bantur ad vincula conficienda, in Aegypto et aliis lo-  
cis. Hanc veram interpretationem vindicat Doruelle in  
Van. critica p. 243. contra iniqua Pauonis interpreta-  
menta. Nec illa papyri Niloticae memoria poetam re-  
quirit, vel natione Aegyptium, vel in Aegypto saltem  
commorantem, vti Paus. somniauit. conf. Com. de  
Caylas Abhandlungen zur Geschichte und zur Kunst T. I.  
p. 177. sqq. Myreteis f. Myrtaceis frondibus strati et  
Corollis vincti bibeant veteres: vt Euripid. Alcest.  
759. σέφες δὲ υπάται μυρσίνοις οὐλάδοις. v. Barnes. et de  
hac oda Schneiders Anmerk. pag. XL. et 129 sqq.

2. De loto vide sis indicem. de ποίᾳ conf. Hom. Il. §.  
347. et Perizon. ad Aelian H. V. XIII. 1. p. 840. sq. ed.  
Gronou.

v. 3. Στογέσας recubans, Barnes. quem vide ad h. I.  
et ad Euripid. Heracl. 884. et Elect. 1034. supplet  
ἐμαυτὸν. Baxter autem passiuum, ait, in Actiuo est, mo-  
re Atticorum.

προπίνειν, v. Suidam h. v. Eudoc. in Violar p. 348.  
atque indicem. Baxter emphasis quamdam reperit in